UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Pius PP. M. S. Golinducha M S. Hildulphus Eps. 11. Iul.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Pius PP. M. S. Golinducha M. S. Hil-
dulphus Eps. 11. Iul.

Fuga adulationis.

Habet vera amicitia nonnunquam obiurgationem, adulationem nunquam. Bern.

Infirmitatem noſtram reſpice omnipotens Deus, vt quia pondus propiæ Actionis grauat B. Pij M. (S. Golinduchæ M. S. Hildulphi Epi.) interceſſio glorioſa nos protegat P. D. N. I. C.

Ora pro conuerſione peccatorum,

&

1. S. Pius PP. Antonino Imperante, poſt Hyginum, rexit Eccleſiam. Is Apoſtolicum morem Paſchatis die Dominico celebrandi decreto firmavit.

2. S. Golinducha Nobilis apud Perſas Matrona, inter epulas cæli delicias cogitare imò ipſum reſpicere edocta fuit. Id aliaq; pietatis exercitia profanus maritus male excepit, Sapori Regi detulit, à quo octo annos carcere clauſa, etiam Menſes quatuor antro à dracone inſeſſo: ſed cum hæc pluraq; tentamenta inferorum viciſſet, vulnere in iugulo accepto, anima beata ad Beatos euolauit.

3. S. Hildulphus Treuirorum Aeps. invitus creatus, neceſſitatem honoris effecit materiam virtutis. Nam tam ſtudioſe, quam iuſte munus Epi. implens, conſtituta recte Eccleſia, abdicato munere in Eremum, rite vitam finiturus, conceſſit, A. 770.